



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

12. An serui, & mancipia testari possint ad pias causas? Et quid de eo, qui dubius est de suo statu, nunquid ad pias causas testari ei licebit? Ex part.
7. tr. 6. res. 12. alias 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

testamentum rumpitur, Ioan. Sichard. *ad rubr. C. qui test. fac. poss. n. 21.*

2. Sed licet hæc de iure procedant, tamen ex Iulio Claro obseruat Malder. *de Inst. tr. 1. c. 11. dub. 3.* quod consuetudo est in contrarium, vbique enim etiam obtinet, vt quando damnati ad mortem bona non publicantur condicere valeant testamentum, & firmum maneat prius conditum, imò si non condant, hæredes habeat ab intestato successores. Vide meiplum *p. 5. tract. 3. iof. à ref. 96. de 1120* Et ita me citato Eminentiss. D. meus Card. Lugo *de Inst. to. 2. disp. 24. sect. 4. n. 71.* docet damnatos ad mortem, quorum bona non confiscantur, testari posse stante consuetudine.

Quæ hic est
ios. à ref. 96.
& in alio §.
cuius non

RESOL. IX.

An deportatus possit condere testamentum ad pias causas?
Ex p. 7. tr. 6. Ref. 9. alias 8.

§. 1. **S**ecundum aliquos prohibetur damnatus ad mortem civilem, veluti deportationem ad pias causas testari. Io. Sichard. *ad rubr. C. qui test. fac. poss. n. 21.* Valquius *de success. progress. §. 1. n. 153.* & seq. quod tamen non admittit Grass. *tr. de success. §. testamentum, 9. 17. n. 9.* statuens civiliter mortuum, veluti deportatum posse ad pias causas testari. Et ita etiam tenet Thomaus *Mauius tr. de ult. volunt. lib. 1. tit. 12. n. 7.*

Sop. hoc in
fra in ref. 16.
§. 1. ad me-
causas testari.
Io. Sichard.
ad rubr. C. qui
test. fac. poss.
n. 21. Valquius
de success. pro-
gress. §. 1. n. 153.
& seq. quod
tamen non ad-
mittit Grass.
tr. de success.
§. testamentum,
9. 17. n. 9. sta-
tuens civiliter
mortuum, veluti
deportatum
posse ad pias
causas testari.
Et ita etiam
tenet Thomaus
Mauius §. 1.

RESOL. X.

An prodigus testari possit ad pias causas? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 10. alias 9.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Hunnius in *Encyclopediâ iuris p. 4. tit. 3. c. 1. n. 6.* Mich. Grass. *tr. de success. §. testamentum. q. 17. n. 7.* Iul. Clar. *§. testam. n. 4.* Tulch. *tom. 8. concl. 10. n. 115.* qui testatur de communi.

2. Verùm affirmatiuæ sententiæ adheret Lessius *lib. 2. c. 19. dub. 7. nu. 83.* quem sequitur Dicast. *de Inst. lib. 2. tr. 19. disp. 1. dub. 11. n. 160.* quia Ius Civile non se extendit ad pias causas, vbi non adest approbatio iuris Canonici; Sed primam sententiam tenet Malder. *de Inst. tr. 1. c. 11. dub. 3. §. Quarto.* Vbi docet, quod prodigus, & cui administratio bonorum interdicta est, non potest testari ne quidem ad pias causas; putat tamen valere eius testamentum quod forte prius fecit. Et hanc negatiuam sententiam docere Molin. *disp. 137.* obseruat Eminentiss. Lugo *de Inst. to. 2. disp. 24. sect. 4. n. 66.*

RESOL. XI.

An vsurarius possit ad pias causas testari, aut donare causa mortis? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 11. alias 10.

§. 1. **A**d hoc dubium sic respondet Vasq. *opusc. de test. cap. 3. §. 1. dub. 8. n. 31.* Videtur adnotandum quod testamenta vsurariorum manifestorum, sunt nulla, nisi satisfactione vsurarum præmissa, vel saltem cautione præstita ipsis creditoribus, vel alijs, qui illis possint acquirere, vel iis absentibus, Reçtori Parochia, in qua testator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa Parochia, de ipsius Ordinarij licentiâ, de restitutione faciendâ idonè sit cautum; vt habetur *in capite Quamquam de vsuris in 6.* Addit Couarr. primò quod idem erit de codicillis, ne fiat fraus legi; isti enim etiam erunt nulli nisi fiant prædicta cautione. Idem erit dicendum in donatione

Sop. hoc in
fra in ref. 97.
§. 1. Nra etiã
& supra in
tr. 7. ref. 83.
§. vi.

causâ mortis, quia eadem est ratio, imò inquit, legata ad pias causas, etiam erunt nulla ipso facto, quamuis oppositum æquius existimet Couar. quando cum signis contritionis deceat: sed hoc impertinens videtur. Ita Valquez, quem sequitur Cardin. Lugo *de Inst. tom. 2. disp. 24. sect. 4. n. 70.*

2. Sed quod impertinens visum est Valquezio, & P. Lugo non approbat, docet Molina *de Inst. tom. 1. disp. 137.* vbi sic ait. Quo ad dispositiones ad pias causas manifesti vsurarij attinet siue testamento, siue codicillo, aut donatione causa mortis sint factæ communiter affirmant Doctores inualidas esse, si cautio non præcessit. Excipiunt verò Couar. *3. variar. ref. ap. 3. vers. scil. vlt.* & Syluest. *verb. vsar. 9. quest. 7.* & alij, quos referunt. Nisi vsurarius, non potens cautionem præstare, cum contritionis signis discessit: tunc enim æquitas, benignitasque postulat, vt solutus prius vsuris, de quibus constiterit esse debitas, hæredes cogantur implere dispositiones ad pias causas. Ita Molina: cui adheret Hunnius in *Encyclopediâ iuris part. 4. tit. 3. c. 2. n. 14.* Michaël Grassus, *tr. de success. §. Testamentum. n. 11.* & Thomas Mauius, *tr. de vltim. voluntarijs. lib. 1. tit. 12. n. 7.* qui asserit hanc sententiam esse communem, & æquiorè, & illam ego amplectendam esse puto.

RESOL. XII.

An serui, & mancipia testari possint ad pias causas?
Et quid de eo qui dubius est de suo statu nunquid ad pias causas testari ei licebit? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 12. alias 11.

§. 1. **H**ic Dubitationi sic respondet Molina, *de Inst. tom. 1. tract. 2. disp. 137.* Seruus, imò item testari non potest, adeò vt si post Testamentum confectum libertatem comparat, testamentum factum tempore seruitutis sit nullum. Præterea, si tempore, quo testamentum conficit, ignoret se esse factum liberum à Domino suo, aut dubitet de suo statu, esto reuera sit liber, testamentum est nullum, *l. qui testamento Domini, & l. sequenti ac l. filiusfamilias 2. §. de testam. cap. illud. 13. quest. 2.* Ad pias tamen causas validum erit testamentum factum ab homine verè libero, esto liberum se esse ignoraret vt ea de re dubitaret, vt Panorm. *ad finem rubr. de testam. cum Barol.* affirmat, confirmatque *ex l. ex militari §. similes, ff. de mil. testam.* Cum enim militi dubitanti de suo statu concessum sit in ea lege, vt sit validum ipsius Testamentum, longè maiori cum ratione censendum est esse concessum dispositioni ad pias causas. Adde, quod hic testator verè est Dominus eorum, de quibus disponit, neque seruitutis ingo subicitur, vt in præiudicium Domini cedat: quare censendum non est statutum illud Cæsar. rei Iuris extendi ad testamentum ad pias causas: quin nec si illius conditores id intenderent, vim vllam haberet inter Christianos, eo quod ab approbatione summi Pontificis, non firmatum esset. Ita Molina, quem nouissimè sequitur Dicastillus *de inst. lib. 2. tract. 19. disp. 1. dub. 11. num. 162.* Hinc Thomas Mauius, *tract. de vltim. volunt. lib. 1. tit. 12. numer. 7.* Sic asserit. Sed quid de eo, qui dubius est de suo statu, nunquid ad pias causas testari ei licebit? Bald. *in lib. 1. ff. de P. O. existimauit,* talem ad piam causam testari non posse. Sed contrarium voluit Bartolus, cum quo ceteri consentiunt communiter Grass. *in §. testam. quest. 17. n. 14.* cum tale impedimentum indictum sit à Iure Ciuili, quod non nocet pias causis. Hæc Mauius.

RESOL.